



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

LX. Johann, Erich und Johann Crucemann verkaufen dem heiligen Geist - Kloster in Salzwedel das Dorf Bantze mit Ausnahme von zwei Wenden, am 15. Dezember 1306.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

LX. Johann, Erich und Johann Crucemann verkaufen dem heiligen Geist-Kloster in Salzwedel das Dorf Bange mit Ausnahme von zwei Wenden, am 15. Dezember 1306.

Ad notitiam presentium et memoriam futurorum nos Johannes et Ericus, fratres germani, Milites, nec non Johannes, ejusdem Erici filius, dicti Crucemanni, protestando recognoscimus publice in hiis scriptis, quod consensu unanimi vendidimus absolute monasterio Sancti Spiritus extra muros Saltwedele villam Banzene totam, duobus Slavis tamen exceptis, cum omnibus prouentibus redditibus et emolumentis, nec non proprietate, pratis et pascuis, tam in nemore quam in campo, ceterisque juribus ciuitati ibidem pertinentibus, proprietatis titulo in perpetuum libere possidendam. Repromittentes nichilominus, quod proprietatis titulum ad usum dicti monasterii euincemus et warandiam faciemus contra quemlibet inpetentem, erimusque in omnibus et singulis supra dictis sufficientes in quolibet iudicio warandatores nostris laboribus et expensis. In cujus uenditionis repromissionisque certitudinem pleniorum sigilla nostra presentibus sunt appensa. Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. VI<sup>o</sup>. quinta feria proxima post Lucie.

Aus Gercken's Codex.

LXI. Das Kloster des heiligen Geistes zu Salzwedel nimmt den Grafen Heinrich von Lüchow in seine geistige Gemeinschaft auf, am 10. März 1306.

Nobili viro et honesto, domino Henrico, Comiti in Luchoue, Albertus, prepositus, Io. prior, totusque conuentus fratrum regularium ecclesie S. Spiritus extra muros Soltwedele salutem et pacem in domino sempiternam. Deuotionem, quam ad nos et ecclesiam nostram geritis, ob Dei reuerentiam, ut accepimus, affectu sincere caritatis acceptantes Christoque non immerito acceptabile fore credentes, piis ipsam beneficiorum spiritualium vicissitudinibus compensare volentes, vos ad uniuersa et singula nostre ecclesie suffragia tam in morte recipimus quam in vita, plenam vobis honorum omnium participationem tenore presentium concedimus, que per nos nostrosque successores operari dignabitur clementia saluatoris. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. VI<sup>o</sup>., sexto ydus Marcii.

Gercken's Dipl. II, 177, 178.

LXII. Der Rath zu Salzwedel bekundet, daß Johann Wolter eine Rente erkauft hat, die nach seinem Tode zu einem Drittheil der Gewandschneidergilde zufallen und zu zwei Drittheilen zu einer Spende an die Armen verwandt werden soll, am 28. Juli 1307.

In nomine domini amen. Hinc est, quod nos consules ciuitatis saltwedele cupimus presentibus fore notum Coram vniuersorum singulis ac singulorum vniuersis, quod Johannes wolteri factor III marchas stend. argenti anno singulo in Contubernione, que Gyldę wlgariter nuncupatur

Hauptst. I. Bd. XIV.